



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt XXVIII. Similem Religionem Et Reverentiam ab Ecclesiasticis
postulat Christus Dominus in Eucharistia existens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

licam, qua Deus regnat in nobis, *Lucæ 17. v. 21. Matt. 12. v. 28. Apoc. 1. v. 6. & cap. 5. v. 10.*) habemus gratiam, per quam seruiamus placentes Deo, cum metu & reverentia, etenim Deus noster ignis consumens est. *Deuter. 4. v. 22.* Quasi dicat Apostolus magna verecundia, pudore, submissione, religione, & timore seruiendum est Deo: quia est ignis disperdens contemptores, & cultores suos debito metu & reverentia carentes. Exemplo sunt *Na- Irreveren- dab & Abiu sacerdotes, Leuit. 10. v. 1. 2. quos egressus ignis tium sacer- à Domino , idcirco denorauit.* quod igne alieno incen- docum pu- sum Domino obtulissent. Et Oza percussus à Domi- nitor Deus- no, quod temerè arcam attigisset, *2. Reg. 6. v. 6. 7.* Blas- phemus, *Leuit. 24. v. 13.* & ligna in Sabbatho colligens, *Numer. 15. vers. 35.* ad mortem lapidatione inferen- dam, à Deo damnati sunt. Moyses & Aaron summi Sacerdotes ob quandam dubitationem & diffi- dentiam, promissæ terræ accessu prohibiti sunt. *Nu- mer. 20. v. 12.*

C A P V T XXVIII.

SIMILEM RELIGIONEM ET REVERENTIAM

ab Ecclesiasticis postulat Christus Dominus in Eucha-

Christo Da- mino inter- nus & exte-

ristica existens.

S. P R A E S T O est & templo Christus verus Deus & nus honor homo in Eucharistia, qui utique Maiestatis sua tribuendus. præsentia omnem lasciviam & proteruitatem cohi- Christi Do- berge, omnem nobis modestiam & religionem com- mini Maie- mouere debeat. Is enim Christus Dominus etiam quā stas. homo, est, cui dedit Deus nomen super omne nomen: vt in Corā Chri- nomine Iesū omne genu flebitur, cælestium, terrestrium, & flo omni ho- inferorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ie- nestate & sus Christus in gloria est Dei Patris, *Philip. 2. v. 10.* Is Chri- sanctitudi- stus est, qui Oriens ex alto, nos visitauit & redemit: vt de ne conuer- manu sandum.

manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi. In sanctitate & iustitia coram ipso (in Eucharistia praesente, intentuente, audiiente, iudicante) omnibus diebus nostris.

Indignatur

*Christus, si
quid indeco-
rè commit-
tatur in
templo.*

§. Hic est Christus Dominus, quem comedit zelus donus Dei. Psal. 68. v. 10. Ioan. 2. v. 18. quine quidem sacrificijs necessaria in templi atrio vendi, Matt. 21. v. 12. Ioan. 2. v. 15 aut vas per illud transferri Marc. 11. vers. 16. sustinuit. Hic est Christus Dominus, cui exachissimam cogemur reddere rationem eorum, quæ cum alibi egerimus; tum vel maxime in templis, ubi si debitum ei honorem non habuerimus lubentes, in iudicio prestabimus iniuri: Omnes enim stabimus ante tribunal Christi; Scriptum est enim Isa. 45. v. 23. Vnde ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo, ait Apostolus Rom. 14. v. 10. 11. Ei ergo nunc temporis & deuota mente, & pia laudatione, & supplici corporis habitu, omnem quem possumus honorem adhibeamus.

*Christus
Dominus
singulos a-
nimaduer-*

§. Chrysost. de S. Eucharistia loquens hom. 1. de verbis Isaiae cap. 6. Vidi Dominum. Non cogitas, inquit, hic invisibilis adesse Dominum, qui unicusque motus metitur, & conscientie rationem habet? Non cogitas, quod Angeli huic stupenda assistunt mensa, cumq; reverentia hunc circumuallant?

Ergo S. Joann. Chrysost. sententia, Christus Dominus in Eucharistia, & conscientia, & internæ religiosis, & ipsius corporis compositionis rationem habet. Et cum hom. 4. de incomprehensibili Dei natura contra Anomæos dixisset, Christum Dominum in Eucharistia, quasi iudicem pro tribunali sedere; subiungit: Cogita apud quem proxime stas, quibuscum inuoces Deum, scil. cum Cherubin, cum Seraphin, cum omnibus cœli virtutibus: animaduerte Christum in Eucharistia te corpore constantem, & carne coagmentatum, admitti: cum parit & re-virtutibus incorporeis commendare omnium Dominum. Utinæ, uerentia te ut Luc. 2. v. 30. 31. Discipuli cognoverunt Christum in fractione panis,

panis, ita & illum in specie panis praesentem viua fide
sic agnosceremus, vtq; & exardesceret cor nostrum
in ejus amorem, vt illorum exastauuit. Siquidem ibi
in clarissima luce conspicuus cerneretur, vt visus est a *Lumine cir-*
plurimis, & quidem a S. Dionys. sacris operante, vt in *cumfulgens*
ejus vita c. 29. testatur Hilduin Abbas, quanta esset er- *visus Chri-*
ga illum nostra reuerentia? Si ignis ex arcula Venera- *stus.*

bilis Sacramenti, in irreuerentes & male agentes e-
rumperet, vt factum testatur S. Cypr. *I. de lapsis*, quan-
tus nos metus in Christi praesentia corriperet? Si illū *Ex S. Eu-*
in humana forma videremus, admirabili pulchritu- *charistia*
dine, splendore, & maiestate coruscantem, vt illum a- *theba ignis*
spexit S. Angel. *de fulgineo* vt est in eius vita c. 24. quanto *exilii.*

amore & letitia perfunderemur? Aut potius cum ea- *Stupenda*
dem c. 40. ostenderetur nobis Deus ipse, quantum fas *maiestate*
est mortalem aspicere, & intueremur immensam *Christus*
quandam plenitudinem ac pulchritudinem, & in ea *apparuit.*

omne bonum mentis oculis subjiceretur, nonne ani-
ma nostra caritate & delectatione colliquesceret? *Longe excel-*
Processurum ad templum Regem Duces, Comites, *lentior Chri-*
Nobiles insigni modestia, reuerentia, taciturnitate, *flo vniuer-*
prestolantur, excipiunt, comitantur. Talem se depin- *forum Mo-*
git Job. c. 29. v. 7. & seq. Quanta ergo Christo Domi- *narch& quā*
no in Eucharistia praesenti Regi Regum, & Domino Regi terre-
dominantium reuerentia prestanda: Si reuerentia est *no honor*
honor in testimonium excellentiae, & potissimum *prestandus*
virtutis, exhibitus, quem non sit Christo Deo nostro
quicquam praestabilius, summus ybiq; illi honor ha- *Cur Chri-*
bendus. I. 2. vitæ S. Bern. c. 6. *de Theobaldo Aquitanus Co-*
mite, ad Eucharistiae praesentiam consternato, mirabi- *stus omni-*
le exemplum recentetur. *honore di-*
gnissimus.

§. Vchementer Deo displicet, q; ipsius praesentiam
& conspectum non vereantur, non erubescant delin- *Irreueren-*
quentes. Ier. 7. ver. 30. fecerunt filii Israel malum in oculis tibus irasci-
meis, dicit Dominus: Posuerunt offendicula sua in domo, in tur Deus.

74 *Angeli in templo commorantes*

qua inuocatum est nomen ut polluerent eum. Duo opprobat illis Deus i. quia ipso aspectante scelera consciuerint. 2. q. & in ipso id fecerint templo. Hinc & Daudim impudentiam suam: q. ejus aspectum non erubuerit, Deo confiteretur Ps. 50. v. 6. Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Sanè Rex Assuerus conspicatus Amanum Hestheræ supplicem, & suspicatus Hagitium; indignissimè tulit c. 7. v. 8. Hoc sci. Regem pessimè habuit, quod ante oculos ipsius, & in proprio domicilio ac palatio nefarium scelus videretur machinari Aman.

Maior Prin Quam ergo irascatur & succenseat illis ipsis Christus cipis contē. Dominus, qui in Eucharistia, vt in regia sua præsens, p̄sus non se & auditu, & aspectu, & mente percipit, non aliter contemnere ram se versari homines, quam in conspectu statue nisi in eius pra- hil sentientis, nihil audientis, nihil cernentis, nihil insentia quā telligentis? quae irreuerentia grauissimum sāpē pec- absentia. catum esse potest, & acerbissimè vindicandum.

CAPVT XXIX.

IN TEMPL O HONOS HABEN-
dus ob Angelorum præsentiam.

Vbi Chri- § *A*dest & in templo frequens S. Angelorum *stus, ibi &* multitudo, qui tanquam Spiritales Aquile ad Christi Domini corpus congregantur Matt. 24. v. 28. & Ioan. 1. v. 5. Amen dico vobis, videbitis calum apertum & Angelos Dei ascendentēs & descendētēs supra filium hominis. Hinc in Conceptione Luc. 1. in Natiu. Luc. 2. in Tentatione Matt. 4. in Resurrectione Matt. 28. Luc. 24. In Ascensione Act. 1. in judicio Mat. 25. illum, vt stipatores, milites, nobiles, principes, suum circumuallant regem, eumq; perpetuis extollunt laudib⁹: Nec solum p̄stō sunt, vt Christum tanquam principes suum stipent & honorent Regem, sed etiam vt notent templum frequentantes, eo rūm preces Deo cōmendent, vna